

(3) Pro diversitate circumstantiarum, loci & temporis, Ates, quales Nicodemus, Josephus Arimatbiensis, Lydia, Cornelius, aliique, non exclusi à regni hujus superni deliciis; utut non multi adsint sapientes &c. 1. Cor. I, 26. seqq. Jac. II, 5.

USUS E VERSU XXVII.

(1) Famelici spiritualiter satiantur in regno Christi Matth. V, 6. Adsit ergò desiderium gratiæ fervidum, inexplebile, continuum &c.

(2) Fides comestioni bibitioniq; appositè comparatur: vid. Joh. VI, 27. seqq.

(3) Satiamur hic inchoativè, illic plenè.

(4) Inquisitionem sequitur Inventio, inventionem celebratio: Matth. VII, 7.

(5) Vita fidelium est vera demum cordis vita, imò, æterna vita.

(6) Epulum eucharisticum optima infirmorum afflictorumque refectio. S. Cæna.

USUS E VERSU XXVIII.

(1) Conversio gentium infallibile exhibitæ Messie documentum.

(2) De conversione à tenebris ad lucem, à demone ad Deum verum, per contritionem fidemque veram, vid. L. de Pœnitentiâ.

(3) Memoria rectè locanda, ne unquam beneficiorum Dei obrepit oblivio, mundivè strepitus obruat pias operum Dei meditationes.

(4) Omnes terræ fines omnes singulosque includunt terræ incolæ, quos ipsos serivò, nemine exclusò, converti vult Deus: Act. XVII, 30. L. de universalitate gratiæ.

(5) Incurvatio omne honoris complectitur genus.

(6) Vultus divinus ubique venerandus omnem discutiatur in nobis torporem vagabundamq; animi intemperiam. Pf. CXXXIX, 1. seqq.

USUS E VERSU XXIX.

(1) Deus solus creatura totius Rex & Dominus.

(2) Regnum Messie traditum, est verè divinum Pfal. II, 6. seqq. CX, 1. seqq.

(3) Dum locò idolorum apud nos Germanos, Danos, Svecos gentesque ceteras imperat nomen Salvatoris Jesu, meritò gloriamur in ejusdem protectione, speramusque optimè; modò & nos obtemperemus rectè verbis Domini, tum legalibus, tum evangelicis.

USUS E VERSU XXX.

(1) Pingves terræ, h. e. bonis seculi hujus abundan-

tes, quales Nicodemus, Josephus Arimatbiensis, Lydia, Cornelius, aliique, non exclusi à regni hujus superni deliciis; utut non multi adsint sapientes &c. 1. Cor. I, 26. seqq. Jac. II, 5.

(2) Comestio hic non saginationem corporis sed animæ designat. Rex hic noster longè lautius suos tractat, quàm Ahasverus: Esther. I.

(3) Saturati merito humillimè adorant hunc suum benefactorem. 1. præcept.

(4) Descendentes in pulverem, h. e. extremè periclitantes, imò cum morte jam colluctantes, solatium tamen reperiunt cum latrone in Regis hujus paradiso: Luc. XXIII, 43.

(5) Sibi ipsis mortui, deque viribus propriis desperantes penitus, vitam reperiunt in Christo: Philip. III, 7. seqq. I, 21.

USUS E VERSU XXXI.

(1) Ecclesia N. T. non erit unius seculi, sed semen advenit ad finem usque mundi: Matth. XVI, 18.

(2) Colendus est Deus, quomodo עבד servus & ancilla religiosè suos observant dominos; Pf. CXXXIII, 2.

(3) Propaganda est evangelii doctrina de generatione ad generationem; quorsum scholæ & academia.

(4) Externatamen ecclesiæ felicitas, tanquam populi præ cunctis aliis splendide florentis, haudquaquam inde fluit, vid. notas Ecclesiæ.

(5) Docentium laudantiumque labor non debet occupari circa fabulas sophisticationesque Scholasticorum, otiosas, sed circa Dominum verum dominiumque hujus sanctissimum.

USUS E VERSU XXXII.

(1) Justitia Dei annuncianda palam animosè. Messias siquidem est Jehova Justitia nostra: Jer. XXIII, 6. 1. Cor. I, 30. Phil. III, 6. 9. 2. Cor. V, 21. &c.

(2) Nil proinde justitia propria, imò extremè pestifera operariis; Rom. IX, 30. X, 3. XI, 7. Matth. V, 20. XV, 9. Col. II, 23.

(3) Deus solus est, qui facit omnia, & quidem benè: Matth. VII, 37. nos ipsos fecit & non ipsi nos: Psalm. C, 3.

(4) Subinde adolescentium prope nos juniorum sollicita habenda ratio, ut populo huic nato nascituroq; innotescat cælestis veritas.

PSALMI XXIII. DISPOSITIO.

Pastor bonus. Pastore Deo felix.

DE prædicatur hic insignis Dei erga fideles benignitas, tum sub duplici, pastoris hospitisque, picturâ, vers. 1. 5. tum verbis propriis, vers. 6.

I. Pictura prior sistit Deum, ut pastorem, pium, ut ovem. (a) Pastor noster est Jehova; vers. 1. (b) fructus (1) non indigebo, ib. (2) benè pascar; vers. 2. (3) potabor, ibid. (4) oblectabor. vers. 3. (5) rectè ductabor,

Cibid. (6) in periculis absque metu servabor, vers. 4. Posterior pictura Deum ponit hospitem, pios, convivas: vers. 5. ubi tum mensæ instructio, tum inunctio, tum potûs largi suppeditatio.

II. Propriis verbis extollitur (a) bonitas & misericordia (divina) per totam vitam nos comitans. vers. 6. (b) quietâ domûs Dei inhabitatio, ibid.

PSALMÛS XXIII.

Multum psalmô hîc delectabatur B. Danhauerus; Olear. alter p. 1022.

EXPLICATIO VERSUS I.

יְהוָה (est) pastor meus: h. e. Deus filius, qui Messiam se mihi promisit, quem etiam

meum agnosco Dominum (Psalm. CX, 1.) tantâ me fovet beatque dilèctione, curâ; defensione ac sustentatione, tam providè etiam me gubernat ac ducit, quàm propensus est unquam ac providus circa suam ovem pastor. Ita de Deo Filiò, qui est Jehova justitia nostra, (Jer. XXIII, 6. XXXIII, 16.)

expo-